Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod cum Generosus Josephus Gruszczynski Capitaneus Exercitûs Regni Nostri per aliquod tempus sat bona militaris Sui obsequij dederit documenta, nunc vero ex rationibus animum suum permoventibus Nobis humiliter supplicaverit, ut Ipsum à prædicto servitio Militari Exercitûs Regni Nostri absolveremus et dimitteremus; Cui Supplicationi Nos benignè Annuentes, dictum Generosum Josephum Gruszczynski abhocce servitio militari absolvimus, dimittimus et Liberum facimus, ac Omnibus tanquam bonum militem et in rebus militaribus versatum et Capacem commendatum præsentibus Literis Nostris. In cujus rei fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XV Mensis Januarij Anno Domini MDCCLXXV. Regni verò Nostri XI Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Literæ dimissoriales a Servitio militari Exercitûs Regni Generoso Josepho Gruszczynski Capitaneo Exercitûs Regni dantur

Antonius Sillorzki R. d. M.
et Sigilli Majoris Regni

8

Cancellariatu

Illmi Excellmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Episcopi Posnaniensis et Varsaviensis
Abbatis Commendatarii Hebdoviensis
Supremi Cancellarii Regni

Sigillatum
est dni Actis

475